Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



MAR

cendens sederet in mari & omnis
turba circa mare super terram erat et
docebat illos in parabolis multa & di
cebat illis in doctrina sua. Audite.
Ecce exiit seminans ad seminan
dum. Et dum seminat aliud ce
cidit circa viam & venerunt vo
lucres celi et comederunt illud
aliud vero cecidit super petrosa ubi
non habuit terram multam & statim
exortum est quoniam non habebat
altitudinem terre & quando exortus
est sol exestuauit & eo quod non
haberet radicem exaruit. Et aliud
cecidit in spinas & ascenderunt
spine & suffocauerunt illud et fruc
tum non dedit. Et aliud cecidit in
terram bonam & dabat fructum
ascendentem & crescentem & affe
rebat unum triginta & unum sexaginta
& unum centum. Et dicebat
Qui habet aures audiendi audi
at. Et cum esset singularis in
rogauerunt eum hi cum eo essent du
odecim parabolam et dicebat eis.
Vobis datum est nosse mysterium
regni dei. Illis autem qui foris sunt
in parabolis omnia fiunt. ut videntes
videant & non videant & audi
entes audiant & non intelligant
ne quando conuertantur & dimit
tantur eis peccata. Et ait illis.
Nescitis parabolam hanc & quomodo
omnes parabolas cognoscetis. Qui
seminat verbum seminat. hi ut
sunt qui circa viam ubi seminatur
verbum. Et cum audierint
statim venit satanas & auferet
verbum quod seminatum est in cor
dibus eorum. Et hi sunt similiter
qui super petrosa seminantur. cum
audierint verbum statim cum gau
dio accipiunt illud & non habent radicem
in se. sed temporales sunt. Deinde
facta pressure & tribulacione propter
verbum confestim scandalizantur.
Et alii sunt qui in spinis seminan
tur. Hi sunt qui verbum audiunt
et erumpne seculi & decepcio divi
tiarum & cetera reliqua concupiscen
tie introeuntes suffocant verbum
et sine fructu efficitur. Et hi sunt
qui super terram bonam seminati
sunt. qui audiunt verbum & suscipiunt
& fructificant. unum triginta
& unum sexaginta & unum centum.
Et dicebat illis. Numquid venit
lucerna ut sub modio ponatur.
aut sub lecto. Nonne ut super cande
labrum ponatur. Non enim est aliquid
absconditum quod non manifestetur.
Nec factum est occultum quod ut
in palam non veniat. Si quis habet
aures audiendi audiat. Et dice
bat illis. Videte quid audiatis. In
qua mensura mensi fueritis remen
detur vobis. et adicietur vobis. Qui
enim habet dabitur illi & qui non habet
etiam quod habet auferetur ab
eo. Et dicebat. Sic est regnum
dei. quem ad modum si homo iaciat
semenem in terram & dormiat &
exurgat nocte ac die. et semen ger
minet. et increscat dum nescit ipse
ultro enim terra fructificat primum
herbam. deinde spicam. deinde plenum